

Quando idem imperator (Henricus) [a] totam Siciliam
et Apuleam subjugavit [b].

CAP. CXII.

Item anno MC nonagesimo quarto, praeftus imperator cum infinito exercitu intrauit Apuliam, quam totam cum Sicilia sibi in brevi subjugavit, reddens personis et locis dignam pro factis mercedem [c]. Filium vero [d] regis Tancredi jam defuncti, cum matre [e] et sororibus et praeftatum Margaritum multosque alios barones in Alamafniam, ut nos videmus, cum pecunia infinita duci fecit captivos (88). 1)

Quando idem imperator Henricus honorifice receptus est a Faventinis.

CAP. CXIII.

Item anno MCXCVI dum praeftus imperator veniret ex Apulia, honorifice receptus est a Faventinis, quibus imperiale bona voluntate dignatus est impendere gratiam. Reversus autem ultra montes, dum quasi [f] in propria patria quiescere vellet, et neminem fatigare labore vel impensis [g], ecce subito nunciatur [h], quosdam celestos et proditores contra imperium in regno Apulie laborare. Tunc congregato exercitu, quasi invitus [i], illuc properare [A] laborat. Cognita igitur veritate et proditorum nequitia, vicem pro meritis reddit quibusdam [B]. O quanta mortales angit anxietas, affligit cura! Currunt quotidie [j] et discutunt mortales. Per saepes [k] et semitas ascendunt montes, transcendunt colles, transvolant rupes, pervolant alpes, ac requirunt regna [l]; et cum universos labores, quibus frustra sudaverint [m], plene considerant, vident profecto in omnibus vanitatem, ut ait Salomon, et afflictionem animae, et nichil permanere sub sole. Pro dolor! ecce princeps tantus, qui fere imperaverat orbi, unius febris fervorem nullatenus effugere valuit [o].

[a] imperator (Henricus). Henricus a me additur, ut clarius procedat narratio. — [b] Apuleam. In C. M., modo Apuleam, modo Apuliam invenio. — [c] pro factis mercedem. Sic cum C. V. lego. In C. M. videtur scriptum: praeftatis mercedem. — [d] Filium vero: nempe Guillielmum nomine. — [e] cum matre: nempe Sibilla. — [f] dum quasi. Sic C. M.; sed melius puto, ut habet C. V., dumque. — [g] vel impensis, C. M.; vel expensis, C. V. — [h] subito nunciatur. Sic C. M.; subito nunciavit, C. V. — [i] quasi invitus, lego. In C. M., invictus; in C. V., quasi invicem. — [j] currunt quotidie. C. M., cotidie. — [k] Per saepes, C. M.; prosequens, C. V. — [l] requirunt regna, C. M.; requirunt regnum, C. V. — [m] frustra sudaverint, C. M.; frustra sudaverunt, C. V.

* fisi Muratori

[A] Anno nempe MCXCVI et seq. alioquin invenio. V. C. M. Diversiter. Bi. C. M. — [B] Haec a Cl. Muratorio vario modo narrantur.

[C] Non igitur ex veneno propinato obiit, ut quidam referunt.